



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 45. Duacensis Universitatis Judicium super libello, cui titulus:
Confidentia Christiana.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

Sæc. XVII. factum, quam quod palam a nonnullis
 A. C. 1704. diceretur, tunc primum Jesuitas cre-
 didisse, quod Papa non sit infallibilis,
 eoquod in sua decisione eorum causæ
 adversatus esset.

§. XLV.

*Duacensis Universitatis Judicium de
 libello, cui titulus: Confidentia
 Christiana.*

*Argentre
 Coll. Jud.
 t. 3. p. 439.*

Jam supra meminimus, a P. Gerberon-
 nio typis vulgatum fuisse libellum,
 cui titulus erat, *Confidentia Christiana*
quatuor immotis principiis innixa, ex qui-
bus præcipuæ veritates salutem hominum
respicentes necessario profluunt. Hunc
 libellum Humbertus Mechliniensis Ar-
 chiepiscopus ad Duacensem Facultatem
 Theologicam transmisit, petens, ut ea
 desuper suum proferret judicium: Igitur
 illa die septima Februarii hoc anno
 sequens promulgavit decretum: „Sæ-
 „cra Facultas Theologica Universitatis
 „Duacensis acceptis ab Illustrissimo, ac
 „Reverendissimo Mechliniensium Ar-
 „chiepiscopo Belgii Primate literis
 „humanissimis, quibus invitatur, ut
 „judicium suum depromat super libello
 „cui titulus est: *Confidentia &c.* æquif-
 „simo tanti præfulis desiderio non po-
 „tuit non annuere. Quapropter præ-
 „dicto

„dicto libello ea, qua par erat, dili- Sæc. XVII.
 „gentia, discusso, multisque super eo A. C. 1704.
 „deliberationibus præmissis, hæc di-
 „cenda unanimiter censuit. 1. Pra-
 „vam in eo libello tradi sententiam de
 „voluntate Dei salvandi omnes ad solos
 „Prædestinatos restricta, quam etiam
 „author fidei dogmatibus annumerare
 „non veretur. 2. Quintam hæresin
 „Jansenianam, quæ in eo sita est, quod
 „Christus dicatur *pro salute duntaxat*
 „*Prædestinatorum mortuus*, ibidem aperte
 „asserri, atque ex professo inculcari.
 „3. Authorem proinde illius libelli ma-
 „nifeste reum esse pœnarum adversus
 „iniquitatis filios a summis Pontificibus
 „latarum. 4. Prædictum libellum adeo
 „non firmare spem & fiduciam Chri-
 „stianam, ut potius eos actus impossi-
 „biles efficiat.,

Idem hic liber die undecima Martii
 hoc anno Romæ nigro calculo notatus
 fuerat: die autem vigesima quarta
 Novembris Archiepiscopus Mechlinien-
 sis adversus Gerberonium Jansenio fa-
 ventem tandem judicialem pronun-
 tiavit sententiam.